¶ Curatus ſub peccato mortali tenetur monere contrahentes Matrimonium, quod habeant contritionem ad recipiendum hoc ſacramentum. fo. 180. p. 1.

¶ Curatus tenetur ſcire, quod aqua naturalis eſt materia Baptiſmi, & forma eſt, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti Amen. fo. 180. p. 2.

¶ Curatus tenetur ſcire, quod plures Patrini non debet admitti ad tenendum puerũ baptizandum. fo. 180. p. 2

¶ Curatus antequam ad baptizandũ accedat ſcicitetur ab ijs (ad quos ſpectat) quem, vel quos elegerint Patrinos, & eum vel eos tantum admittat: & in libro baptizati, & eorũ nomina deſcribat: doceatque eos, quam cognationem contrahunt. fo. 181. p. 2. & alia doceat, quę ibi referuntur. ibidem.

¶ Scire etiã debet quod Baptiſmus quo vis tempore conferri poteſt, & quod non debet baptizare extra Eccleſiã, & quomodo baptizabit, Infantẽ vel Catechumenũ periclitãtem & qualiter ſe habebit cũ fętu emergẽte caput, vel manum fo. 181. & 182.

¶ Curatus